HERBERTUS CLARAEVALLENSIS. LIBER MIRACULORUM S. IOHANNIS BAPTISTAE
u. a. Stams, 13. Jh. (T. I 13. Jh. und T. II um 1300) Seite 21v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31304
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



malachias. Homo iste nichil omnino boni usat incorde. sz suadente diabolo iam dedit assensum. ut ad uomitum scli reuertatur. Quo audito bs Bnhardus dixit ei. Tu quo fugere queris. Et quo fugis miser a facie dei. Crede mihi quia malo tuo talia cogitasti. Neque enim delectabit te amplius fuga. quam iam euaseris de manu mea. Et his dictis. cepit eum crebris ictibus tundere baculo quem tenebat. et ait. Ecce stipendia quae meris. surge nunc et fuge si potes. Euigilans itaque frater inuenit se tunsionibus illis ita dolentem atque confractum. ut in infirmitorium ductus lecto detineretur. Qui accersito priore. confessus est maliciam quam intendat. et penam quam inde pertulerat. Acceptaque penitentia perfecte respuit. et non apprehendit eum ultra desiderium fugiendi. Item de

Alius quidam eiusdem cenobii frater beato Bnhar. quomodo liberauit vir honestus et religiosus. mihi monachum a temptacione. de semetipso narrauit cum uerecundia tamen. quod scilicet in primordio conuersionis sue cum anxie stimularetur a spiritu fornicacionis. deliberauerat animo cedere temptatori. et proiecto religionis habitu ad seculum reuerti. Quidum iam oportunitatem recedendi sollicite aucuparetur. astitit ei per uisionem bs Bnhardus paulo ante defunctus. increpans eius socordiam. et arguens super iniquitate quam mente conceperat. et actu perficere satagebat. Cui cum ille respondisset se se diuicius reluctasse. et iam temptacionis uiolentiam ferre non posset. ait sanctus ad eum. Scito prenoscens quoniam adhuc multa te manent. sz age uiriliter et noli deficere. quia dominus adest tibi tamquam aduitor in oportunitatibus ut eruat te. Unde tibi polliceor. quia si mordicem usque in finem perseueraueris.